Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg

Bibliographische Daten

Titel:	Historische Sammelhandschrift, dt.Text: Beschreibung Jerusalems – Nürnberg, STN, Cent. III, 93
Signatur:	Cent. III, 93

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0 uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.

tyrannide desiderij regis longobardorum qui ecclesiam romanam etiam aliasque dei ecclesias exte
bat sub anno domini dcclxxiiij ytaliam intrauit et eundem regem in ciuitate papie vbi erat
sedes regni cepit de quo fit mentio et in canone lxiij dis. adrianus ij et xxiij q. viij. hor
tatu Et postquam ipse karolus ad deditionem dictam ciuitatem compulit cetere ciuitates ytalie ca
pescente dicti regis karoli potestati se tradiderunt Et cum filium suum pipinum eidem preposuit
ytalie subiugare Et eiusdem etiam adriani pape tempore karolus factus fuit per ipsum in sancta
synodo rome habita patricius romanorum vt etiam ex predicto canone adrianus Deinde
vero pluribus post annis scilicet sub anno domini dccxcviiij. quidam romani ea que sunt imperial
potestatis vendicare volentes cum leo papa tercius successor adriani predicti eis in hoc
resisteret atque cum letanijs in die sancti marci ad ecclesiam sancti laurencij pergeret ibidem
romani sedicione mota ipsum oculis sibi erutis et amputata lingwa ceperunt Sed deus
omnipotens visum sibi reddidit et loquelam Post hec dictus karolus pro atrocissima iniuria
huiusmodi vindicanda romam veniens dum in sacratissima die natalis domini sub anno eiusdem
domini dccci in ecclesia sancti petri ab oratione surgeret leo papa predictus coronam imperialem
capiti eius imposuit et a cuncto populo romano ter acclamatum est karolo augusto
a deo coronato magno et pacifico imperatori romanorum vita et victoria Post quas
laudes vnctus est ab apostolico et ablato patricij nomine imperator et augustus appellatus
est romanum imperium quod a temporibus constantini magni helene filij aput constantino
polim in grecorum imperatoribus mansit. ex hoc iam ad reges vnde imperatores francorum
transijt prout hec omnia patent ex predictis cronicis et patent ex dicta francorum historia
et etiam ex speculo historiali li. 23 c. vlt. in fine et li. 24 c. primo in principio colliguntur
Qualiter autem ex hoc etiam transijt ad germanos infra in capitulo 3o plene dicetur

Capitulum 2m de diuisione regni et imperij francorum et de diuersis statibus et variacionibus
a tempore translacionis imperij usque ad presens tempus in regno et imperio habitis

Visso de initijs et origine regni francorum et de translacione imperij de grecis
in persona karoli magni ad reges francorum Adiciendum de eiusdem regni et imperij
diuisione ac alijs diuersis statibus et variacionibus a tempore predicte translationis vsque ad hec
tempora in eodem regno et imperio habitis quedam pro clariori euidencia dicendorum premittenda
fore vtile iudicaui Sciendum igitur est quod idem karolus magnus cum morbo et senectute grauaretur
congregatis solempniter aquisgrani proceribus de toto regno francorum lud
wicum filium suum aquitanie regem cunctorum consilio consortem sibi totius regni et
imperialis nominis heredem sub anno domini dcccxiij constituit. Inpositoque capite eius
dyademate imperatorem et augustum appellari iussit Bernhardum vero nepotem
suum filium pipini filij sui italie prefecit et regem appellari iussit Post hec idem
ludwicus qui pius est cognominatus mortuo patre suo iam dicto generali conuentu
aquisgrani sub anno domini dcccxvij habito filium suum primogenitum lottarium
nominis atque imperij sui constituit. et ceteros reges appellatos vnum aquitanie scilicet pipinum
alterum babarie scilicet ludwicum prefecit. et hij tres filij ex prima sua uxore yrmen
gardi nati fuerunt quarto vero filio scilicet karolo ex 2a eius uxore scilicet iudith
almaniam reciam et burgundiam post hec concessit. ceteris fratribus super hoc indig
nantibus Mortuus autem fuit pipinus predictus adhuc patre ludwico viuente
relinquens filium pipinum nomine prout hec in cronica eusebij. et historia seu